



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

Jte[m] vt iudices ecclesiastici laicis co[n]tra clericos causam habentib[us]
facia[n]t iusticiam expeditam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30901

septimanas permāserit. ex tunc benefi-
cio si quod habet cū cura vel sine cura
ipso facto sit priuatus et idē beneficium
in illominus inabilis ad rehabendū ex-
istat. si vero aliquod beneficium non ha-
buerit sit inabilis ad habendum. Con-
tra iudicem vero et scabinos qui se de
hmoi iudicio vel causa introuiserint p-
cedatur sicut superius in proximo ca-
pitulo est expressum.

Et similiter contra occupantes bon-
na ecclesiarum pcedat.

Item damnantes et sub interminatio-
anathematis prohibentes detestabile
statutum inno errorem a quibusdam laicis
contra libertatem ecclesiasticā introdu-
ctum videlicet vt si laicus causam habet
contra clericū vel ecclesiam conuentua-
lem seu monasterium vel quācūq; aliā
domū religiosam. idemq; clericus vel
etiam possessiones vel alia bona habet
in districtu iudicis secularis. laicus ipse
vel iudex cōpellit clericū vel ecclesiaz
coram seculari iudicio litigare ratione
possessionū vel bonorū eorundē. Et ipse
iudex secularis diē assignat clerico vel
ecclesie ad litigandū coram eo. ad quem
si nō uenerit sicut nec tenetur vel ue-
niens coram eo noluerit litigare bonis
suis priuat eundem. plurimas alias ab-
usones in his et consimilibus cōmittē-
do. Statuimus in hoc casu idem tam p-
adorem q; iudicem et scabinos obserua-
ri quod diximus de laico clericum tra-
hente ad iudiciū seculare. Et iudicibus
ipsis et scabinis hmoi factū nō reuocā-
tibus et alias nō satisficientibus cōpel-
tencer infra tridū post monitionē ab
ordinario faciendā locus ubi hoc con-
tingit ecclesiastico sit suppositus interd-
ctio. Quo durante p quidēā superior si-
ue dñs illius iudicis et scabinorū mo-
neatur per ordinariū vt tale forefactū
procures reuocari. et factat infra septē

dies post ipam monitionem emendant.
Alioquin cōtra superiorem siue dominū
pcedatur pnt in statuto cōtra inductor-
res manū in clericos de nobilibus et
dñis est expressum.

Et similiter contra occupantes bona
ecclesiarum procedatur.

Item eodē modo statuimus cōtra
occupātes seu seculari iudicio bo-
na ecclesiarum arrestantes vel ecclesi-
asticaz psonaz procedi et idē obseruari.

Et iudices ecclesiastici laicis cōtra cle-
ricos causam habentibus faciant iusti-
ciam. expeditam.

Item ne laici occasione habeant de de-
fectu iusticie contra clericos querelan-
di. statuimus sub pena excoicationis fir-
miter precipientes. vt prelati seu ordi-
narij clericorū et ecclesiarū. laicis con-
tra ipsos clericos vel ecclesias causam
habentibus faciant cū requisiti fuerint
fm cōsuetudinem capitulorū si fuerit in
ecclesia collegiata. et alias de clericis. nō
existētibz de collegio fm ius scriptū
vel cōsuetudinariū iusticiā expeditam.

Contra impediētes et turbatores ce-
lebrationes sanctarū synodorū.

Item statuimus vt prelati et ordinarij
iudices nre ciuitatis et diocef in termi-
nis corū iurisdictioni subiectis synodū
suā q ad hoc tenent obseruēt per se vel
per alios congruis tēpibus ab ipsis pre-
latis pnt expedire uiderit p-figēdis
et que corrigenda vel reformanda oc-
currūt. corrigant et reforment et oēs in
ecclesia illa et prochia in qua synodus
celebrāda fuerit. quēscūq; eis fuerit denū-
ciata ad ecclesiaz et synodū ueniāt obe-
dienter. et iura synodalia obseruēt rene-
renter nō obitante aliqua occasiōe vel

B 4.